



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

IV. Vt presbyter poenitentem, iussus ab episcopo suo, reconciliet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

468 SIRICIVS CONCILIVM ARCADIVS ^{IMPR.}
PAPA. HONORIVS

ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est:
Chrismatis confeccio, & puellarum consecratio,
a presbyteris non fiant. Vel reconciliare quem-
quam in publica missa, presbytero non licere, hoc
omnibus placet.

I V.

Cod. Can.
cap. 7.
26. qu. 6.
Aurelius
episcopus.

Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in peri-
culo fuerit constitutus, & se * reconciliari diuinis
altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet
vtique presbyter consulere episcopum, & sic peri-
clitatem eius præcepto reconciliare. Quam rem
debemus salubri Concilio corroborare. Ab vni-
uersis episcopis dictum est: Placet quod sanctitas
vestra necessario nos instruere dignata est.

V.

16. q. 1. Fe-
lix.

Felix episcopus * Selemfelitanus dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestrae, insinuo, vt diceces, quæ nunquam episcopos * acceperunt, non ha-
beant: & illa dicecessis, quæ aliquando habuit, ha-
beat proprium. Et si accidente tempore, crescen-
te fide, Dei populus multiplicatus desiderauerit
proprium habere rectorem, eius videlicet volun-
tate, in cuius potestate est dicecessis constituta, ha-
beat episcopum. Secundum autem hanc prosecu-
tionem sanctitas vestra aestimet, quid fieri debeat.
Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fra-
tris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confir-
metur. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet.

V I.

Cod. Can.
18.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: Pre-
terea sunt quamplurimi non bona conuersatio-

* Mel-
classis
pat. &
Massyl-
itanus